...nis prius habet eſſe vt eſt intellectus ꝙ vt eſt na
... fundatꝰ actus notionalis quem agit vt natura ſu-
... actum eſſentialem quem patitur vt intellectus.ſ.ſup
...noticiam ſimplicem obiecti.quam recipit vt eſt nudus

Iſta opinio ponit tres arti-
culos quos non credo eſſe veros. Primus eſt ꝙ intelle-
ctus vt nudus conuerſus ſupra intellectum formatū no
ticia ſimplici formatꝰ abſq́ noticia genita. Hoc impro-
bo ſic. Intellectus non conuertitur niſi vt eſt in aliquo
ſuppoſito. quia conuerſio ponitur actio. ⁊ actiones ſunt
ſuppoſitorum. Tunc quero cuius ſuppoſiti vel cuius per
ſone eſt vt conuertitur ſuper intellectum formatum? ſi
ſi vt conuertitur eſt perſone filij. ⁊ precedit iſta conuerſio
generationem verbi.ergo ante generationem verbi ſunt
due perſone.quod eſt hereticum. Si autem vt conuertitꝰ
ſuper intellectum formatuꝫ eſt ipſius patris. tunc arguo
ſic. cuius eſt vt conuertitur. eius eſt vt a noticia genita
formatur.vt probabo.igitur intellectus vt eſt patris for
matur noticia genita. ergo noticia genita eſt ipſius pſo-
ne patris.quia cuius perſone eſt intellectus vt formatꝰ.
eiuſdem eſt noticia qua formatur. Aſſumptum proban-
dum probo ſic.cuius eſt vt conuertitur ſuper intellectuꝫ
formatum.eius eſt vt habet intellectum formatum ꝓ ob
iecto actu preſente.ergo eius eſt vt ab illo obiecto forma
tur. probatio huius conſequentie. paſſiuum proportōna
tum diſpoſitum ⁊ approximatum actiuo ſufficienti ꝓpor-
tionato.natum eſt imediate perfici ab illo actiuo.ꝑ phi-
loſophum.ix.methaphyſice.caplo.vj. Quoniam autem
poſſibile ⁊c̃. Tunc eniꝫ eſt aliquid in potentia proxima

bum prius erit genitū a patre vt a memoria ꝙ vt
intelligentia noſcente. Preterea. verbum eſt illi-
mediatius verbum a quo imediatius exprimitur. ergo.
ratio elicitiua verbi ſit actualis noticia vt ī intellectu pa
tris formato. ſequitur ꝙ verbum ſit immediatius verbū
intellectōnis patris ꝙ eſſentie patris.quod videtur incō
ueniens. quia tunc eſſet aliud prius verbum quod eēt de
claratiuum eſſentie patris immediate. Preterea.ſi a-
ctualis intellectio patris eſſet genita vel producta.ꝓdu-
ceretur virtute eſſentie.non vt iaꝫ cognita ſed vt prior om̄i
cognitione.hoc patet.tum ſm veritatem quia alˀs eſſꝫ ꝓ
ceſſus in infinitum. actus intellectus ante actum intelli-
gendi.tum ſm iſtum qui ſ dixit. ꝙ in patre actum intel-
ligendi eſſentiam.operatur ipa eſſentia in intellectu ipiꝰ
Ex hoc arguo ſic. actualis noticia eſſentie nō poteſt eſſe
formaliter alterius rationis. per hoc ꝙ eſt ab alio cōmu
nicata.⁊ nō ab alio ſic cōmunicata.quia tunc deitas eſſꝫ
formaliter alterius rationis ī perſonis.quia illā vna ha
bet a ſe ⁊ non alia. ergo ⁊ actualis noticia eſſentie eſt ei
uſdem ratōnis in patre ⁊ filio. quod igitur natum ē eſſe
principium quo reſpectu vnius ſi eſſet principiabile ideꝫ
erit principium reſpectu alterius ſi principiatꝰ. Ter-
cius articulus eſt. ꝙ conuerſio intellectus nudi ſuper ſe
formatum eſt neceſſaria.ad hoc vt intellectus nudus for
metur ab intellectu formato. Hoc non video.quia intel-
lectus patris habens obiectum ſibi preſens.eſt naturale
principium nō ſolum operatiuum reſpectu intellectiōis
patris.ſed etiam productiuuꝫ reſpectu noticie genite.ad
hoc ergo circumſcripta illa reflexione eſſet principiuꝫ ꝓ-
ductiuum. Secundus etiam articulus eſt falſus i nobis

K57

E/6

7/24

Joh. Raulin
Collatio
Basel, Joh. Bergmann, 1498

H. 13701

No. Q.405.83

THE TRUSTEES OF THE PUBLIC LIBRARY
LUX OMNIUM CIVIUM
OF THE CITY OF BOSTON
1852 1878

J.L. Whitney Fund

J.L.B

Collacio habita in publi-
co conuentu Cluniacenſium ordinis ſancti be=
nedicti: per preſtantiſſimū Sacrę paginę pro
feſſorem magiſtrum Ioannem Raulin pariſien
ſem / Nunc vero profeſſum monachum eiuſdē
monaſterii: de perfecta religionis plantatione
incremento & inſtauratione.

1498.

Nihil ſine cauſa.

Olpe.

Magne nobilitatis ſpecta-

tęq; vitę & doctrinę viro domino Chriſtofero de Vtenheim inſignis eccl'ię baſilieñ. Canonico & Cuſtodi ac iurium doctori prętantiſſimo. Sebaſtianus Brant cum obſequio Salutem.

QVę pridie in manus noſtras de religionis diui Benedicti ruina & inſtauratõe p̱uenit oratio: cui potius q̃ nomini tuo ſãctiſſimo p̄ceptor obſeruande dedicarē: habui neminē. Et adegit me ad id faciendū inprimis: grauis illa & ſingularis cõſuetudo & amicicia q̃ huius nrę collationis auctorem/ Iohannē Raulin theologū pariſienſē hūanitati tuę iunctū obſtrictūq; eſſe nõ ignoro. Quippe qui cū nup̱ in alma pariſio℞ vulgata p̱ orbem / & omnium litterarū parēte/ vniuerſitate: pręter cęteros oẽs ſibi coęuos: amicis & cõſãguineis vndiq; circũuallatus. magnatū/aliorūq; hoĩm fauoribus in cęlū vſq; ſublimatus: opulētus diuiciis/ officiis beneficiiſq; plurimis honuſtus. atq; magni illius collegii (quod vulgo Nauarrę dicit(magnꝰ fuerat magiſter: & inter plurimos honoratus: delicate nutritus/ rebuſq; tēporalibꝰ: mūdi quoq; illecebris q̃ſi ferrea cathena ligatus: et cui in oĩbus arridēs fortuna / in plurimis fallere ſatagebat: Is tandē videns animoq; perpendens plurimorum mortes mirabiles: nõnullos quidem doctos quaſi ſtultos morientes: alios cū timore maximo/ac ſi ad patibuli poſtes exiſterent/ vi & violētia exeūtes. alios diuiciis refertos: q̃plurimū

poſt mortem ſic pauperes: vt omnia (veluti in ven=
tum puluis) ſpargerentur. animo cõpunctus lauda=
re magis mortuos q̃ viuentes incepit. inde vt mor=
tuus & mortis fieret diſcipul⁹: e mũdo ſe elõgauit
fugiens: fractiſq; cathenis quibus ſęculo erat obli=
gatus: ſolitudinem Cluniacã elegit. Ex magnarum
q; opũ magiſtro: famoſiſſimo theologię doctore:
celeberrimo prędicatore: ſacręq; ſcripturę interpre=
te facũdiſſimo: humilis & paup monachus effect⁹:
e tenebris ęgypti exiens: pharaonẽ cum curribus &
equitibus effugiens: inter rubei maris anguſtias ob
uiũ amelech cum exercitu ſuo expugnans: ſerpẽteſ/
q; ignitos deuincens: veſtem chriſti ſuſcepit: & qui
antea nutriebatur in croceis: nunc cibo arido quaſi
nectare contentus: qui mollibus veſtiebatur: nunc
aſpera veſte/hirſutoq; habitu vili ſupellectile: lõgis
vigiliis: ieiunio multo: ſilentioq; aſſiduo: laborioſos
religionis agones adiit. mellifluamq; ſanctę con=
uerſationis vitam mira cum humilitate & deuotio=
ne nuper ſubiit. primoq; ſuę profeſſionis tempore
atq; inter ipſa nouiciorum auſpicia/ pręexercita=
mẽtaq;/ hanc q̃ coram cernis/in pleno omnium pa
trũ ordinis cluniaceñ. concione conuẽtuq;/ publice
habuit orõnẽ: q̃ ſiquidẽ q̃lis ſit futurus monachus
quãtęq; laudis & doctrinę fuerit mgr̃: nemo doctus
qui illã perleget ignorabit: hanc quidem ſuſcipe &
diuum iſtum patrem vt ſoles ama. Vale ex ędibus
noſtris Baſileę die penthecoſtes Anno. 14 98.

Omnis plantatio quã non

plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur. Mathei. xv.

DE illuſtriori dñici gregis porciõe ſermonem facturo mihi / ſapiẽtiſſimi atq; religioſiſſimi patres. tantũ mihi ſeſe obtulit dicendi munus: tãta fulgentiſſimorũ luminariũ claritudo. vt pꝛe magnitudine glorię: horreret in me ſpiritus: inualida ceſpitaret ratio: cęderet tum ꝓpe ſtilus noſter ſentenciis dormitans: deperiret noſtrę pauperis lucernę igniculus: & inſuper tantis irradiati fulgoribus oculi noſtri languerent pręinopia. Si ad diſcuciendã ramiferam arborem illam volucrum bęſtiarũq; habitaculũ quã ſomniauit nabugodonoſor rex: tacẽtibus cunctis Babilonię ſapientibus / opus fuit danielis intelligẽtia Quis ego vilis homũculus? quis ego vermis & nõ homo / omnino ebes ingenio vt in pręſentiarum magnificare valeam: veram illam & non ſõniatam vineã: quã plantauit cęleſtis agricola. miſit radices & impleuit terram: quę extendit palmites ſuos vſq; ad mare: & ne dum vſq; ad flumẽ: ſed in omnem orbem terrarum ꝓpagines eius: ꝑ quam ſaturantur ligna campi: & altiores cędri libani: vbi montes excelſi velocibus ceruis. vbi petra refugiũ tardioribus herinaciis. Si leuaui oculos meos in mõtes altiſſimos: qui perhenni mercede cõducti: iſtã iam pridem coluere vineam. tam inmenſis eorum ſanctimonię ſplẽdoribus oppreſſum: ceſſit proti-

nus lumen oculorũ meoꝝ & ip̃m non eſt mecũ. Si leuaui manus meas ad conſilia & mandata eorum q̄ dilexi: Illico diſſolutę ſunt cõpages corporis mei & nihil in me remanſit viriũ· Si deniqꝫ os meũ aperui & fortaſſe attraxi ſpiritũ: vt ſacratiſſimę noſtrę religionis ſapientiam loquatur inter perfectos. & magnificẽtiam glorię ſanctitatis eius annuntiet in hac eccleſia magna: in hoc populo graui. digitũ ſuperponere ori meo in hac re tã grandi neceſſe eſt. Quia non eſt ſermo in lingua mea: tam pręclaro facinore dignus. Quid enim ruſticus ego & nulli⁹ numeri homo. ad tã p̃cioſam noſtri ordinis gẽmam. Aut quis me dignificaret ruſticano & ieiuno ſermone: p̱cul & de vltimis finibus cõponere preciũ eius. Vt quid ergo a nouello: & nouicioꝝ veſtro vltimo linguã magniloquam hęc beatiſſimorum viroꝝ corona deſiderat. neqꝫ enim a minimo: niſi minima: neqꝫ ab imp̱fecto: niſi imp̱fecta ſpectanda ſũt. Gręcũ eſt p̱uerbiũ: talis hoibus oratio: qualis vita: neqꝫ enim poteſt eſſe alius ingenio: alius animo color. Hanc tamẽ dicẽdi prouinciã quia noſtris iã quaſſatis hũeris adiecit pene inportabilẽ reuerẽdiſſimi patris & p̱optime meriti paſtoris nr̃i vigilantię: Iuxta nr̃i legiſlatoris Bñdicti inſtituta tentãdo impoſſibilia nõ in hũanę ſapiẽtię verbis: ſed rudi & inaccurato ſtilo: huic negocio ſecũdis ſpirãtibus vẽtis: vela dabimus. Cui etiã rei obaudire ioculatorũ me clientella docet: qui cũ nobilis Arturi aut ſtrẽnuiſſimi karoli geſta geſtis: facta factis: coęquare minime norũt ſaltem vł ſonoro carmini ora laxare ſolent mihi id

idē pigmētarii loquūtur/quoꝝ menſa licet virtutis ſuauitatis: ac odoriferę videať expers fragrācię plurima tñ aſtātibus ſuaue olentia explicat aromata & mimus aut hyſtrio bñſonantibus cymbalis & placidis carmibus q̄uis oībus indigētiſſimus/ ditiſſimos oblectat. Vero quia debiles oculi vt rotatū ſolem aſpiciāt ſpeculario interuētu q̄ſi intermedio vtrūqꝫ fouēdi ſunt/Intemeratū illud ſpeculū opa ſpūſſcti ęternę ymaginis ex tpe ꝑductiuū/iam penę noſtris cęcatis adiciamus lūibus. Et quod his amplius eſt quia ſupeffluere nō eſt riuuli ſed fontis: ad fontem riuuli reuertantur vt iterū fluāt. fontē dicimus: eam quę ex ſe miſericordiaꝝ ꝑtulit abyſſum: chriſtiferā virginē: cui ꝑ ęterno verbo: tēporaneū eructabim⁹ verbum bonū: Aue gratia plena dominus tecum.
Plantacionū duo eſſe genera. Vnū inſertaꝝ. ſeu inſitarū / alterū adulterinarū: nos ſuo natura docuit exēplo. Quod ſi moribus (theologoꝝ more) id aptare voluerimus. primā plantare ſolet pater cęleſtis nos inſerens in oliuā bonā. Secūda vero plantacio ex pr̄e diabolo duxit originem. Prima plātatio q̄ſi oliua ſpecioſa in cāpis. Secūda q̄ſi oleaſtri in ſiluis. prima ꝑducit vuas. Secunda labruſtas. Prima vinum bonū quod lętificat deū & hoīes. Secūda venenū aſpidū inſanabile / vtriuſqꝫ ſexus interimēs iuuenes & ſenes. Sub vmbra prime: requieſcūt & garriunt nocte dieqꝫ cęli volucres. Sub vmbris ſecundę volutantur: reguli & ſerpētes: Prima interim apr̄e familias ſūma cum diligētia putať & colitur. Secūda vero & ſi ꝑ tpe toleratur: Igni tñ extinguibili con=

cremāda: cito ſuccidet. Quia oīs plantatio quam
nō plantauit pater meus cęleſtis eradicabitur.
Nouella ſacrę religiōis plātatio in iuuētute ſua/cele
berrimi pr̄es. ſi Comeſtori credit a btō ſāmuele ſūp
ſit exordiū. Is eni prior/ habitare fecit hoīes vnius
moris in domo. diuinis aſſiduo hymnis inuigilātes
omnia in cōmūi poſſidētes: quos & pphetarꝝ cune
um appellauit: Qui etſi deliri atq̧ amētes: p veſtiū
vilitate & ſui cōtemtu a mūdo diiudicarent penes
eos tn̄ manebat: & futurorꝝ pſciētia. & diuiorꝝ ar=
chanarꝝ miniſteriū: necnō & vnctio regū. Quos ſic
venuſtabat: tū ſpūs pr̄is cęleſtis: vt etiā ſceleratiſſi=
mi principes: eorꝝ cōuentui interdū admixti: ſpūſā
cto repleti/ pphetarēt. Ob quod de ſaule vulgatū
eſt in Iſrahel. Nū ſaul inter pphetas. Is religionis
ritus vt teſtatur famatꝰ ille expoſitor de lira. poſt
modū in calore domus rechabitarum: nec bibētiū
vinū: nec ſerentiū: aut ędificātiū. nihil niſi in cōmūi
poſſidentiū: ſed & hoīm frequētias fugientiū req=
euit. Id iheremias aſſerit: Id ſacra Paralipomenon
ſub cōpendio texit hyſtoria Quorꝝ genꝰ iuxta Ihe
remię vaticiniū ad longiſſia vſq̧ ſęculorꝝ luſtra vt=
pote herodis primi pduraſſe credēdū ē/ q̄nquidem
& eſſeorꝝ ſecta hūc viuēdi modū/ iuxta Ioſephi te=
ſtimoniū ſecūdo iudaici belli voluie/ pfuſius ampli
auit. quā vſq̧ ad xp̄i tpa pſeuerantē: vbi phariſeo=
rū & ſaduceorꝝ hęreſes ip̄ius doctrinā vehementer
oppugnauit: ppter vitę & doctrinę parilitatem ne=
quaq̄ cōtradixiſſe legimus. Quo in tempore apud
apoſtolos qui ſacroſācte noſtrę religionis iecerunt

fundamēta multitudiuis credentiū erat cor vnū & aīa vna. nec quiſq̄ eorū quę poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis oīa cōmunia. Et vſqꝫquo in nationes gentiū gr̄a xp̄i diffuſa eſt: cū auſterū nimis ex gētilitate cōuerſis videret̄ ſe ſuaqꝫ abnegare/ & ea de cauſa Iacobus alphei/fratrū cōcilio p̄ſidens decreuiſſet: ſatis eſſe cōuerſis ex gētibus: abſtinere a cōmunione ſimulacrorū: a fornicatione ſuffocatis/ & ſāguinę. Tūc penes pręſpiteros: & diaconos: & quoſdā ex iudęis cōuerſos ꝑdurauit ſacer huiuſce religionis celibatus: quoꝝ nōnulli Iheroſolymis ꝑmanētes de collectis q̄ vna ſabbatoꝝ ꝑ eccleſias agebantur: cęteri ad heremū cōfugientes de manuū labore victitando/ab apl'is iuxta collatiōes patrū melotā talarē crucis inſtar formatā gerēdam ſuſceperūt/vt dū crucifixi ſtigmata portarēt in corpore/firmius xp̄s figeret̄ in mēte. Hāc regularē philoſophiā vt vult Iheronymus in de viris illuſtribus Marcus euāgeliſta apud alexandriā prim⁹ inſtituit quā diſertiſſim⁹ ille Iudeoꝝ philo laudat: extollit magnificat & apꝓbat. quę ſub tirannoꝝ ꝑſecuciōnibus dū pleriqꝫ ad heremū cōuolarent ita coaluit: vt vidiſſes terram ſitis: & imaginem mortis: terram inquā horroris & vaſtę ſolitudinis quaſi ortū deliciarum: q̄ſi alterā paradiſium voluptatis: q̄ſi in ligna germinātia & fontes aquaꝝ. Illic vidiſſes hoīes ad cor altū: cōculcantes terrā: vi viriliqꝫ pugna rapientes cęlum. Vidiſſes inq̄ eos heremi vaſtitatē circueuntes: in melotis & pellibus caprinis: egētes: anguſtiatos: quibus dignus nō erat mūdus: In ſolitu=

dinibus errãtes: in mõtibus: & in ſpeluncis & in ca=
uernis terrę. Quorũ bene beateq; viuẽdi normam
primi ſcripſere apud egyptios Ichonius & pacho=
mius. Apud grecos Baſilius & Caſſianus. Apud la
tinos Hieronym⁹ ꝑticulatim ad monachos: ad ſãc
timõiales integre. Nouiſſĩe beatus pr̃iarcha noſter
Benedictus: q̃ poſt duodecĩ cõſtructa monaſteria
ad p̃ces Berticani Cenomañ. ep̃i: diſcipulũ Maurũ
ex caſſino deſtinauit ad gallias: q̃ tempeſtate gal=
lia oĩs claruit monachis populoſa. quãq̃ lõge ante
in gallia beatiſſimi Martini tẽporibus: monachalis
noĩs gloria: ſic celebris habebat̃: vt diſcipulorum ei
uſdẽ: autore Seuero/ plures ſibi franci eligerẽt prę=
ſules. Quos ſequutus beatiſſimus papa Gregorius
magnus: poſt ſeptẽ ab eo fũdata monaſteria mona
chũ ſuum beatũ Auguſtinũ ſuis cũ cenobitis ab vr
be Roma/ in angliã miſit: q̃ cum fide xp̃i illic centũ
ꝓpe monaſteria tranſplãtauit. Et tunc romę vigen
te cęleſtis p̃rię deſiderio: oẽs eccl̃ię titulatę atq; col=
legiatę/monachales factę ſunt: quinĩmo beati Pe=
tri eccleſię/tribus cũ monachoꝝ collegiis & eoꝝ fru
gi vita adornabat̃. Sic cenobitarum fama ſuo fera=
ciſſimo germine cõpleuit orbis latitudinẽ. Sic ſuc=
ceſſu tp̃is inaltata eſt vitis illa vt botrionibus eius
penetrãdi cęlos facultas eſſet. Sic deniq; ꝓpagata ẽ
cęleſtis hęc militia vt qui ſanctoꝝ cathologo aſcrip
ti inuenti ſunt (ſi Iohanni vrbis Romę pontifici hu
ius nominis viceſimoſecundo creditur) multiplicati
ſunt ſuper numerum quinquagintaquĩq; miliũ quĩ
gẽtorum & quinq;: hęc ſunt noſtri ordinis viniferę

ꝑpagines. Hęc ſunt cęleſtis p̄riſfamilias de ſacrę re
ligiõis vinea quā plantauit dextera eius oblata deli
catiſſima munia. Hęc ſunt primitię frugū tuarum
beatiſſime monachorum p̄riarcha Benedicte. Hęc
ſunt torcularia tua: vino optimo redundātia/e qui
bus dudū ꝓpinare ſolitus eras vinū conditū: vinū
dignum dilecto ad potandum: quādo promptua=
ria habūdātię ſuauitatis dn̄i Ieſu eructabāt ex hoc
in illud/quādo in vite tua inueniebatur nobiliſſim⁹
ille botrus cypri: ſicut in vineis engaddi. quādo vi=
neę tuę florētes odorē dederūt ſuauitatis: odorem
quidē vitę in vitā. Et vox caſtiſſimę turturis: cū cę=
leſtib⁹ ſuſpiriis: & lahcrymoſis ſingultib⁹ audiebat̄
in terra clauſtrali. Et ſępenumero deſcendebat di=
lectus ille cādidus: & rubicūdus. electus ex milibus
in cellam religionis vinariā: ordinans in ſingulis ca
ritatem: media eoꝝ caritatis cōſternēs ꝓpter filias
Iheruſalē. O ſęcula aurea ſuꝑ aurum & lapidē pre=
cioſum deſiderabilia. quando de clauſtri latibulo
iuxta Maronis oraculū ſurgebat gens aurea mūdo
O felix nimiū prior illa etas. Tot fidelibus. Tot di/
uinis contenta viris. Tot heroicis redimita patrib⁹
Tot ſtrennuis beata proceribus. filii qui naſcentur
& exurgent proch pudor enarrabunt filiis ſuis quo=
modo patres in filiis benedicebantur: benedictioni
bus vberis & ventris: benedictionibus collium
ęternorum: benedictionibus abyſſi terre iactatis de
orſum. & patrem ſequebatur ſua proles. quomodo
nunc in hoſtes fidei. nunc in dęmonum verſutias.

Nunc in mundi amatores agmine compoſito con=
fligebat terribilis illa caſtrorū acies ordinata. Quo=
modo vnus perſequebatur mille & duo fugarent de
cem milia: O me beatū O me fauſtū & fęlicē: ſi me
inueniſſent fœlitia temporora illa. Quando cęlum
in terris: & terra verſebatur in cęlis: & erubeſcebat
cęlum intrare ſcęnum: & videbatur cęleſte firmamē
tum in terra in ſummis montium. Quando carne
retenta terris: ſpiritus ferebatur in celis: & pro ce=
leſti commertio iungebantur aſtra terris: ima ſum/
mis. Illic vidiſſes pro iniquitate: optimis moribus
depicta tentoria ęthiopię. Pro ſaliunca aſcendere
myrtum. Pro ſterilitate virorē iunci & calami. Ibi
ethyops mutabat pellem. Ibi pardus depilabat va
rietates ſuas. Ibi miſeranda peccatrix peccata de=
ponens/ſanctimoniam induebat: omnium virtu=
tum amicta lumine ſicut veſtimento.

Nunc vero primitiuę religionis pręclariſſima hęc
inſignia modernę conferendo. ſol mihi vertitur in
tenebras. Luna in ſanguinē. Stellarum omnis ſplē
dor abſceſſit. Vt ſicut lumen illius. ita & tenebrę
iſtius. Quid in tenebras dixerim: quando talpino
more terrę inhiantes: non niſi terram ſcalpimus:
et ſanctornm patrum cęleſtia limina: immo veri=
us lumina aſpernantes: oculos noſtros ſtatuimus
declinare in terrā. Derelinquimus fontē aquaꝝ vi=
uenciū & fodimus nobis ciſternas diſſipatas q̄ cōti
nere nō valeat aq̄s: iam ſenuit yſaac: cana ē religio.

Iam caligarũt oculi eius: vt niſi opaco interpoſito videat ſolẽ. iam decrepita terris incuruat̃ nec aliud ſomniare videtur q̃ quod Nabugodonoſor rex ꝓ-ceras arbores & grãdes ſtatuas honoꝝ & ambicio-num: q̃ quod Pharao ſpicas & boues diuiciarum: q̃ quod pincerna & piſtor eiuſdem panes & vinacios calices deliciarũ: hic modernę religionis hoc labor ſtudiũ. hoc iuge ſacrificiũ. Ibi nullus virtutis locus nullus deo omnis mãmę cultus. Idcirco ego gemẽs & oculus meus deducens aquam: videns cum mori-bus męnia ruere. Viciũ pro virtute. odium pro di-lectione. ocium ꝑ labore. pro auſteritate caſtrimer-giã & vẽtris ingluuiem militare. heuheu miſero mi-hi: vt quid natus ſum videre cõtritionẽ filię popu-li mei: facti ſũt filii eius ꝑditi diſperſi quaſi lapides ſanctuarii in capite oĩm plateaꝝ. Nũc palatia regũ Nunc curias principũ. Nunc forenſiũ greges circu-eundo: ſi forte quicpiam in ore eorũ ceciderit (flẽs dico) inimicis crucis xp̃i: quorum deus venter eſt. quorum gloria in confuſione. quęrẽtes quę ſua ſũt non quę chriſti ieſu / propter quod indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. ſi forte vel animo concitatꝰ hanc adulterinam plantacionẽ quam non planta-uit deus: extirpare & explantare queam: anteq̃ per manus vigilũ cito & horrende ſuccidatur. quia pro-culdubio omnis plantacio quam non plantauit pa-ter meus celeſtis; &c:

Optime ſcripſit Epicurus Cicerone autore. Exiguã fortunam interuenire ſapiẽti maximaſq; atq; inter-

dum grauiſſimas eius cõſilio & ratione adminiſtrari. Rem per inde ac monaſticã q̃diu ſecundũ ſibi cõſtitutam viuendi formã: viri ſolertes calore fidei & feruore deuotionis agitati rexerũt: pauca tũc emergebant infortunia: proſpera cuncta gerebantur fortunę eorum ſagacitate grandes: & cũ moribus monaſteriorum męnia agebantur. Quod vidẽtes principes ſi admirati ſunt: conturbati ſunt: commoti ſunt: vt ad pedes eorum ꝓcumbẽtes nonulli: vt Carlomannus francorum ſanguine nobiliſſimus apud montem caſſinum. Et beatus ſtephanus prim⁹ hũgarorum catholicus rex / ſanctę conuerſationis habitum cum vita ſuſciperent. Ceteri optima queq; p̄dia eorum / pro tenui victu miniſtrarent. Vidiſſes ſpeciei domus religionis diuidere tũc ſpolia ampliſſima. vidiſſes item pingueſcere / ſpecioſa deſerti ſęculi. At vbi illa omnis beatorum virorũ prior ętas ex hac luce migrauit: egreſſus eſt a filia ſion omnis decor eius. Et ſurrexerunt pro eis: homines elati: cupidi: ambicioſi: ſeipſos amantes: nihil patrum priorum pręter habitum & tonſuram imitati. qui legitima eorum paulatim derelinquẽtes: conuerſi ſunt in arcũ prauum & debilem: ad emittendas diſciplinę & correctionis ſagittas. Edẽtuli: exungues & excornes: & ad ſagittandas celeſtes phalanges: ſuſpiriorum: deſideriorũ: atq; lachrymarũ iaculis ommino expertes. ſacri ordinis policiam & legitima eius: neſcio quibuſdam ceremoniis & tradicionibus alicuius: & adinuẽtionibus ſuis immutãtes: vt noſtra credatur religio quaſi trutannorũ veſtis:

tot particulis: tot ſuturis repeciata & reparata: vt nihil pāni prioris appareat. Ait enim nr̄ ariſtotiles Cū legibus polliciā immutari. Sic itaq; ordine prio re deſtituto: nouus ſucceſſit ordo quē proh dolor nūc aſpicimus: cuius ordo eſt nullum ordinē/ cuius regula eſt: nullā regulam. cuius mandatū eſt. nul= lum mandatū obſeruare. Quomodo ordo vbi tem poralia ſuper ſpiritualia: terra ſuper cęlum. caduca ſuper ęterna. ſenſus ſuper rationem. caro ſuper ſpi= ritum. pecunia ſuper dei regnum. O ciues ciues quę renda pecunia primū. Cum exaduerſo iubeat chri= ſtus. primum quęrite regnum dei: & iuſticiā eius: & hęc omnia adicientur vobis. Graue ſiquidem no ſtri temporū monachis & importabile audituq; de teſtabile obſeruātię verbum. Et ſi quis inter eos ob ſeruator/aut obſeruantię zelotes: ſtatim religionis vineam in ortū olerum tranſplātātes: quaſi alterū naboth/cōuiciorum & cōtumeliarum lapidibus ob ruent. Grauis eſt inquiunt nobis ad videndū: diſſi milis eſt aliis vita ipſius. tanq̄ nugaces eſtimati ſu= mus ab illo: inutilis eſt nobis: cōtrarius eſt operib9 noſtris: diffamat in nos peccata diſciplinę nr̄ę: & ſi quid poſſūt eū a via veritatis diuertētes monet: ful lo & coriarius pigmētariū illum vt naribus obdura/ tis tabernas ſuas prętereat Si naūt quadriga antecę dit boues dū buffones iaculant̄ in homines. vbi ſoli ti erant hoīes lapidare ſerpētes: Vultis ſcire q̄ durus ſit eis regularis obſeruancię ſermo: diuino ſiquidē ſpiritui cōtra nitētes & beatiſſimę illi vitę male omi nātes: importabilis ē inquiūt: is obſeruādi ritus: ge/

nua nr̄a infirmata ſunt a ieiunio. caro noſtra immu
tata eſt propter oleum. tanq̄ cinerem panē mādu-
camus. Potū nr̄m cū fletu bibimus. Cibamur pane
lachrymaꝝ ī mēſura: pelli nr̄ę cōſūptis carnibus iā
adhęſit os nr̄m. dū eramus in Egypto: comedeba
mus allia pepones & cucumeres. ſedebamus / ad ol-
las carniū: carnes edebamus in ſaturitate. Nūquid
nō nobis carnei ſunt oculi & cor carneū: q̄s det igit̄
de carnibus vt ſaturemur. non vident oculi nr̄i niſi
man. nauſeat ꝑfecto aīa noſtra ſuper cibo iſto leuiſ
ſimo. Audi quiſquis es de epicuri ſchola gāniens
qui deū mēdacē aſſeuerādo / iugum ſuum ſuaue &
onus eius leue: neſcio quo deluſus fātaſmate horrē
dum iudicas & ꝑdifficile: qui deo detrahis: pluuias
& ſoles q̄ſi nō ſicut olim ſuꝑ p̄res ſanctos huius re-
gularis vitę zelatores p̄cipuos: ita & modo ſuper te
ipſum ſolamen ſuum pluere: & ſole ſuo / affectum
tuum calefacere adhęc ꝑagenda minime poſſit.
Exiſtimaui retro tp̄ibus multū elaboraſſe vt ſcirem
viā dn̄i: & cū Auguſtīo nullā īueni ſaluti magis cō
ſentaneā: q̄ bene morigeratas religiōis ſemitas am
bulare. Nullū ꝑdicioni viciniorem: q̄ indeſtitutis
regulis patrum q̄ſi in corrupto & īfecto aere poci⁹
mori q̄ viuere. Monaſteria quippe deformia: plus
arbitror eſſe p̄donū latibula: q̄ virtutū tabernacl'a
plus ſpeluncas latronum: q̄ domos or̄onum. plus
ſerpentis: cancri & abhominandę leprę contagium
q̄ virtutis domicilium. Tantę quippe in eis tenebrę
ſunt (eiulans dico) vt limpidius videat aſina Bala-
am diuinę ſuper ſe iuſticię gladiū: q̄ Balaam ipſe.

Secularis q̄ monachus. laicus q̄ religioſus. Et vbi ꝑ miſcuū vulgus: iuxta ſibi credita mādata/ad primā ſermonis ſtillam deū timet & veretur Vbi bos cognouit poſſeſſorem ſuum: & aſinus pręſepe domini ſui: populus meus inquit dominus & mihi peculiaris: cui dedi terras lacte & melle manātes: non cognouit iudicium dn̄i. Et vbi populus in auditu auris obediuit mihi: filii mei quos enutriui & exaltaui: q̄ſi alieni mentiti ſunt mihi: inueterati ſunt & claudicauerunt a ſemitis ſuis: quas ſua profeſſiōe calle recto polliciti ſunt ambulare.

Quod ſi q̄s velut alter phinees zelo zelādo ꝓpter domū meā: vt eos auertat a via ſua peſſima: eorū peccata detexerit. certe furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdę & obturantis aures ſuas. Nec mirū quia difficile eſt nōdū exutos veterē: nouū induere hominem. Et in veteri pectore: noua cudere. Et patellā veterē: reſarcire. Et vix incenditur & vertitur groſſus & antiquus ſtipes. Et in vtre veteri quin more ſuo oleat vinū nouum inducere difficile ē. Sed quid his ī moror multis? omnia breui ſermone coucludam. Hic ſedeo in cathedra nō pęſtilencię ſed veritatis. paratus omni poſcenti reddere rationem de ea quę in nobis eſt fide: & ſpe & fiducialiter in ſpiritu domini ieſu agētē Audiat me magnus. audiat me paruus. Aut hic in pręſēti ſęculo iuxta legitima patrum & regulā quā profeſſi eſtis ambulabitis: Aut in futurum ad deterrimā perniciem veſtrā luetis. Amē dico vobis: non pręteribit iota vnū: aut vnus apex de regula quam

profeſſi eſtis: donec oīa fiant. ꝙ ſi auſteritate ꝑ mo dica trepidaueritis timore vbi non eſt timor. Scrip/ tum eſt qui timet pruinam irruet ſuper eum nix. Et quouſqꝫ male ſibi contigerit inquit Salomō / nō recipiet ſtultus verba prudentię. Quot enim noſtrę ꝓfeſſionis etiā maiores in dies videmus ſine ſacer= dote (vtinā nō ſine deo) ſubita & calamitoſa morte defungi. tunc quāuis tarde ſed ſpiſſe multum ſapiē tes. non norunt amplius cauſantes ſic male agenti= um monachorū diſcholā multitudinē/ experimēto ſcientes quia ſtultorum infinitus eſt numerus. Mi= randum ſatis videtur. quod nec gramaticus ſine re gula loquit̄. Nec logicus ſine regula diſputat. Nec muſicus ſine regula melodiſat. Nec geometra aut lathomus ſine regulę perpendiculo parietes erigit aut planat. Et monachus ſine regula domū ſibi in cęlis ędificat? Sed dicet aduerſarius. In quo ad pe= tram (id eſt regulam) de qua biberunt olim patres noſtri offendimus omnes? profecto id cęci vident Surdi audiunt: & confuſionen noſtram circus vbiqꝫ clamat: forū loquutū eſt: & mūdus totus erubeſcit & horret: ꝓpter quod: monachorum nomen quō= dam honorabile coram deo: nunc vertitur in fabu= lam & ꝓuerbium: & facti ſumus in obꝓbrium & de riſum omni populo: canticū eorum tota die: Quis quęſo non videat clauſis etiam oculis: abſti= nentię & diſciplinę ſeueritatē quibus olim mundo admirata fuit & ſuperexaltata religio: omino depe rire. vt nunc lautiores videantur cenobitę q̄ ſęcula= res. Serui dei q̄ ſerui ſęculi. paraciores ad lancean=

dum q̄ ad lā̄ceā̄dum: & ad ſumptuoſū̄ eduliū̄: q̄ ad ſacrę lectionis auditoriū̄ promptiores. Sed quid q̄ſo clamat hic noſter habitus quē gerimus: niſi noſipſos mortificatos carne: viuificatos autem ſpiritu? Sed vbi mortificationis afflictio: qui quottidie epilamur ſplendide: & indies pingueſcimus ſicut ouis occiſiōis. Vidi ſęcularium q̄ plurimos nos parſimonia anteire: ideo ipi iudices noſtri erunt: ſurgentq; in iudicio cū̄ Niniuitis qui grauē ad vnicum verbū̄ Ionę egerū̄t penitē̄tiā̄: ad cō̄dē̄nā̄dū̄ gn̄ationē iſtā̄ generationē exaſperantē: generationē inq̄ quę nō̄ direxit cor ſuū̄: & non eſt creditꝰ cū̄ deo ſpū̄s eius. Qui habitu ſuo ieiunia & victꝰ tenuitatē prędicā̄t in hypocriſi loquē̄tes mē̄daciū̄: & tn̄ nō̄ ſolū̄ lingua ſed & habitu mē̄titi ſū̄t ei Quę nā̄ maior hypocriſis q̄ ſub ouina veſte: priſcoꝝ patrū̄ ſanctimoniā̄ & vitę integritatē ſimulare. & ciboꝝ opilē̄tiā̄ & voracitatē nedum palliare: immo verius eos qui abſtinentia rigē̄t: papelardos & hypocritas appellare. Venit et veniet tempus & hora: in qua librata hęc omnia & ad limā̄ iuſticię deducta: ponderabuntur nō̄ non pō̄dere publico ſed pondere ſanctuarii: vt vię quę etiam recta videbatur nouiſſima: ducant ad mortē Quomodo non nos ad inferos deducent: quando fundatores noſtros. a fęlici eorum fraudamus deſiderio: Quid enim eorum teſtamenta canunt fidelia Nonne: Nos talis tale monaſterium in honorem chriſti & memoriam ſanctorum martyrū̄: Cō̄feſſorum: aut virginum talium ordinamus eſſe fundatū̄ Cui tot conferimus prędia: tot monachos inſtitui-

mus: quos viuere volumus ſecundū regulā. Sācti Auguſtini: Baſilii aut Benedicti. Et ecce nihil eorū agentes. hęreditates eorum xp̄i & martyrum ſanguine partas poſſidemus in deliciis: diuiciis: & honoribus. Q horrendū q̄ꝫ ꝑtimeſtendum hominem iam mortuū volutari in ſanguine xp̄i: ingurgitari: incraſſari: atqꝫ dilatari in ſanguine martirū & inter ſudores confeſſoꝝ & virginum deliciari & luxuriari: Et nihil eoꝝ complere q ordinauerunt teſtamēta dauid fidelia. Nōne & ciuiles leges: eos iuſto exheredant: qui non ſint habiti fideles in teſtamento mortuoꝝ. Non ergo admiremur patres ſapiētiſſimi: ſi queādmodū & filiis iſrahel (quia receſſerunt alegittimis patrū ſuorū) immiſit dn̄s latrūculos. ex caldeis: latrūculos ex ſiria: latrūculos ex filiis amon latrunculos ex filiis moab. qui eos ad nihilum pene redegerunt. Sic & ad nos delapitandos ſuſcitauit non: nō latrūculos. ſed latrones manifeſtos: cōmendatarios qui oīa cōmedūt ſpecioſa deſerti. latrones fornicarios. latrones ex nobis ipſis mercenarios. latrōes ex genere ſed & pauperes & ſimplices nigros nos comedunt iam rubri latrones. vt q̄ſi videamur huic periculoſiſſimo bello ſuccūbere ab omnib⁹ deuorati: ab oībus abſorpti: ab omnib⁹ expulſi & pene eradicati. Et quid ſibi volunt hęc omnia: Niſi vt hęc deformis: & p̄ter fūdatorum & legiſlatoꝝ noſtrorum intentionem vita: abradatur & omino per capitularem hanc cōgregationem fūditus eradicet̄: Alioquin viuit dominus in cuius cōſpectu ſto. Omnis plantatio quam non plantauit. &c.

Sed forſã prodibit aſellus quiſpiã e puteo Eſopi & iam concluſis opponens. Ecce inquiet omnẽ dãnas monachorum multitudinẽ qui a religionis ingreſſu ſic aſueti viuere: ſequuti ſunt patres eorũ: & ꝓ patribus nati ſunt eis filii vſq₃ in terciam quartã & quī tam generationem: Si ex deo non eſſet hęc religio quam aſſeris: cito laberet̃ in nihilum: Accedat vtinam aſellus ille ad liram noſtram: ſi forte ad ſonitũ eius: vl̃ paululum nobiſcum: aut exiliat: aut ſaltem audiat quę non volet. In argutiis ſuis fallitur. Nõ enim ego nationem omnem monachoꝝ reꝓbaui: ſed ipſi reꝓbant. quãdoquidẽ ꝓfeſſione/ & habitu conſtruũt: opere deſtruunt. Vnus inquit ſalomon edificans: & vnus deſtruẽs: quid prodeſt? Sed ſi ſicut viuencium maior reprobetur multitudo: quid miraris ſi dicentem audis ſaluatorem: Multi ſũt vocati/ pauci vero electi. Et item lata ẽ via quę ducit ad perditionem & multi intrant per eam: Arta autem eſt via quę ducit ad ſalutem: & pauci vadunt ꝑ eam. Credis deum peccantibus propter multitudinem indulgere: qui pręter octo animas: maxime ꝓpter vnius tranſgreſſionem mandati/ diluuio tulit omnes inhabitãtes orbem. Quid dei glorię detrahetur/ ſi totus pareat monachalis ordo nõ faciens ea que dei ſunt? nec cauſã da venit temporis diuturnitas: qua hęc noſtrũ ordinem pręoccupauerũt mala. quãdoquidẽ chayn ꝑſeuerauit dũ Abel nõ erat & tribus milibus annis ante xp̃i aduentum perdurauit ydolatria: & ſpurciſſima machameti ſecta iam octingentis annis & amplius orientẽ fędauit & au-

ſtris. Nec tñ hęc longa ęui duratõe veniũt excuſã=
da. qui pocius timẽdũ eſt. ne lento ad vindictã diui
na ꝓcedat ira. Quod ſi dixeris: neſciũ te fuiſſe reglę
& regularis modi viuẽdi. Illico reſpõdeo tibi: quia
ignorans ignorabit. Et iuris ignorãtiam nõ excuſat
ſed accuſat: Sed nec vero cõſonat: monachos om=
nes a recto tramite deuiaſſe: Reliqui mihi (ĩquit do
minus) ſeptẽ milia virorum qui nõ flexerũt genua
ſua ante Baal· Pachomioqꜫ p viſum monſtratũ eſt
plurimã monachoꝝ multitudinẽ peierare: nõnul=
los vero/licet p paucos/recta religiõis ſemitã pam=
bulare. Sed quid conor ſermonibus pter pfectum
ꝓtelare diem: & eoꝝ maleo cõterere petras: nec his
auditis compungi: ſed magis indurari corda? Vix (
ſcriptura teſte) grande ſaxũ tranſfertur de loco ſuo
Et aq̃tici lapides aquarũ inundãtia: haud emolliũ/
tur ſed indureſcũt. Ad oculum videmus: populum
ad vnius monicionis verbum: facile ad lachrymas
prouocatum: facile redire ad cor. monachos vero
qui (neſcio quo pacto) ſe ſãctimonia ſuper cęteros
excellere gloriãtur induratos ſuper petrã. Et quis
inquit cecus: niſi ſeruus meus. Et quis ſurdus? niſi
ad quem miſi ſermones meos. Ecce inquit domi=
nus vocaui ſeruum meum: & non reſpondit mihi.
Ore proprio deprecabar illum: & non intẽdit mi=
hi. Propterea non immerito timẽda vobis accędit
horrenda illa ſaluatoris framea. Meretrices: & pu=
blicani p̃cedent vos in regnũ celorum. Et auferetur
a vobis regnum & dabitur genti faciẽti fructus eiꝰ.
Et relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Et vti=

nam atq; vtinam nobis: & nō alienigenis. Iam cer=
te ꝑ maiori parte: noſtris exigentibus delictis: a no
bis ablatum conſpicimus regnū (id eſt) regimen ec=
cleſiaſticum & datum ſęcularibus: iuxta ſtatū & cō
ditionem ſuam. melius qñq;: q̄ nos iuxta legittima
noſtra: fructum facientibus. nec tamen a pio patre
ſic flagellati: a duricia cordis noſtri tantis inde mo/
uemur malis: nec nos excitat extrinſecus: ſacri ordi
nis noſtri nomē & famam / popularis vētus adurēs
Nec intus cōſcientia rodens. nec deſurſum diuino=
rū iudicioꝝ de throno ꝓcedentia horrēda vulnera
tonitrua & fulgura· Nec deorſum ineuitabilis ignis
ęterni gehenna. Hortor igitur vos: non ego qui=
dem: ſed reuerēdiſſimi patris vigilātiſſimi paſtoris
noſtri begnitas & hūanitas / ore meo vos admonet
corā deo & xp̄o eius: per tremendū illum quem ex
pectamus aduentū glorię magni dei: in cuius viſce=
ribus vos cupit & amat: attēdere vobis: & gregi ve/
ſtro: vobis primū: deinde gregi. Vt primi mittatis
manū ad forcia: et veſtrę diſcretionis digiti: primi
ap̄phendāt fuſum: Cor veſtrū in varia reducentes.
praua ſi quę ſint: in directa. Et aſpera in vias pla=
nas. Ne forte cū laboribus religionis terga dederi=
tis: & greges veſtros fonte diſciplinę adaquare vo=
lueritis: ab ipſis cōtra ſtimulū calcitrātibus: audiatis
illud therentianum: Ipre: ſequar. Paſtor inquit ſal/
uator. ante eos vadit: & oues illum ſequuntur: Et
horreſcit inferior quicquid peccat ſuperior. Cū ob
ſecratione a nobis ſępe numero quęritis / religioſos
optimos: qui vos: veſtros: veſtraq; dirigant. Vos

quí prę eſtís: prímũ vos exhíbíte monachos: & mo nachís non índígetís. Scríptũ eſt ením. Secundum ducẽ populí: ſíc & míníſtrí eíus. Sub morbídís capí- tíbus: víx mẽbra coaleſcũt & ſí ſana fuerínt frígent. Et ad mellífluũ alueare cõcurrunt apes. Et ad flo- rentem víneam: díſcretí nares. Et ad nítídum aerẽ cęlí volucres: Et ad ſíbí ſímílía: gregatím aĩalía cõ- ueníunt. In caſſum ením alíorum terra quã terítís vobís excolenda tradítur. quãdo veſtra quã gerítíſ ſpínís & vepríbus denſatur: Succreſſentes ígıẗ ſur- culos nequam: a vobís abígíte: ne forte cum vene- rít magnus ílle paſtorũ prínceps. ſua romphęa ancí pítí: vos amputet & íllíc míttat vbí ígnís non extín- guetur. quía omnís plãtatío quã nõ plan. &c.

Fallítur tenebroſus ílle phíloſophus heraclítus: ꝗ deſurſũ ín deorſum: & exaduerſo eundem aſſeruít tramítem. Hũílítate ſíquídem carpítur celũ: Ambí tíone baratrũ: Sub hũílíbus ꝓpterea paſtoríbꝰ: ꝗ- bus opídum carcer. ſolítudo: paradíſus erat/ ſtatu ra relígíõís quõdã aſímílata eſt palmę quando flo- rentíſſíma charítate: & fęcundíſſíma pauꝑtate glo ríata: ramos ſuos ín ínmenſum portẽdebat: Dílíge batq; domínus noſtram hanc Syon ſuper omnía tabernacula Iacob: ĩ ípſa dormíẽs & delíteſcẽs: do nec ſuí líbello repudíí dato: eíecerunt eum foras Et mũdo ínplacabílí eíꝰ hoſte íntroducto: Radíx om níum malorum cupídítas: Nouerca relígíonís pro príetas: Ambítío nephãdorum omníum terra ma- ríq; genítrix: Sancta ruſtícítate & ſímplícítate deíe

cta: facti ſunt hoſtes eius in capite: manum ſuam mittentes ad omnia deſiderabilia eius. Nonne pa/lam videmus mundi amatores: homines inutiles: quos (iuxta ſancti Iob querimoniam) dedignarer ponere cum canibus gregis mei: nunc ad altiſſima religionis faſtigia anhelāt: quaſi non ſit ab alpibus aut a pyreneis iugis velox deſcenſus: Beneficia itē ſuper beneficia cumulare: vt carduus in ſponſam iā quęrat filiam cędri. Et iam nitatur attingere miſe=ra rānus: vbi nec ſufficere valet Cedrus alta libani. Quid dicam? religionis vnitatem nūc ſcindit ꝓprie tas: & capita a membris diuidit: vt cito intereant: Iam inter ſe diuiſerunt terram: conuentus & prior: vt alius quidem eſuriat: alius ebrius ſit. Superē di=uidere cęlum. Iam in opprobriū tuum partiti ſunt veſtimenta tua domine ieſu: & ſuper veſtem tuam inconſutilem miſerunt ſortem: quis/quid tolleret: Et opibus & deliciis ſaturati quaſi filiis tales quales reliquias diuiſerunt paruulis ſuis. Venient procul=dubio venient dies: quando erunt nouiſſimi primi: & primi nouiſſimi. Quando nouiſſimo recumben=ti dicet dominus: Amice aſcende ſuperius. Quādo eſuriētes implebit bonis: & diuites dimittet inanes Quando omnes principes qui dixerunt: hęredita=te poſſideamus ſanctuarium dei?: deus meus pone illos vt rotam & ſicut ſtipulam ante faciem venti: ſed & ſicut ignis qui comburit ſiluam: Et ſicut flā=ma conburens montes: Ita perſequere illos in tem=peſtate tua domine Ieſu. Et in terribili ira tua con=turbabis eos: dirumpens inflatos ſine voce.

Itaqꝫ. religioſiſſimi patres: genus electũ: gens ſãcta: populus acquiſitionis: qui hic conueniſtis in vnum: mederi tam pꞇſtilētibus malis: ſi forte nobis repro=piciet deus: leui pedis vulnere: aut perfacili vngulꞇ offenſa prꞇtermiſſa ad grãdia noſtrꞇ religionis vul=nera curanda. Veſtra vigilans non paruipēdat: ſed celeriter exeq̃tur induſtria. vulgo dicitur de verbis magna copia: de operibus pauca.

Albumaſar cꞇterorũ aſtrologorum more mendax exlicētia: in eo quem de magnis cõiũctionibus ſcripſit libro: dixit/ Sub altiorum planetarũ maximis coniũctionibus: renouari mundum: mutari regna: ſubuerti pollicias: nouas adoriri ſectas: & ſolito fieri mirabilia magna nimis: Propterea in hac capitulari coniunctione maxima ſuperiorũ omnium noſtri ordinis: omnia renouari: leges: & regna: & ſectas: in melius commutari oportet. Et iacentem ordinem noſtrum in priſtinam nominis dignitatē mirabiliter releuare. Magnos magna decēt. Et in concilio iuſtorum & congregatiõe magna opera domini: ſemper prouidentes bona: non ſolum corã deo ſed etiam coram hominibus. vt videntes opera veſtra bona: eum glorificent qui glorificatur in concilio ſanctorum ſuorum magnus & terribilis deus benedictius a ſꞇculo & vſqꝫ in ſꞇculum. fiat fiat.

Finis orationis elegantiſſimę/celeberrimi viri & domini Iohannis Raulin theologi pariſienſis de reformatione religionum & bene viuendi inſtituto. Impreſſum Baſileę opera Iohannis Bergman de Olpe. Anno &c. 1498. X. Kł. Iulii.

Sebaſtianus Brant.

Perlegat has chartas/ſi quē reuerentia honeſti
Aut ſuperum tangat cura: timor ve dei.
Has legat in vera qui gaudet relligione:
Has legat & monachus qui bonꝰ eſſe volet.

1498.

Nihil ſine cauſa.

Olpe.

Nov. 1941

RAULIN, JOANNES. De Religionis Plantatione. June 22, 1498.

*Hain *13,701; B.M.C. III, 796.*

Printed with roman types, in quarto form, 30 lines to a page. It has 14 leaves, the last blank. The size of a leaf is 210 × 144 mm., and the printed text measures 164 × 100 mm.

JEAN RAULIN was born at Toul in 1443 and died in Paris in 1514. A doctor of theology, he composed commentaries on Aristotle's *Logic*. As Sebastian Brant relates in the preface to this volume, he was elected rector of the College of Navarre, but after a few years of distinguished service retired to the monastery of Cluny. It was there that he wrote the present tract urging clean living on the monks — a subject which occupied his mind for a long time. The text is Matthew, XV, 13: "Every plant, which my heavenly Father hath not planted, shall be rooted up."

Raulin's style has been described as dry and methodical, full of quotations from the Bible, the Church Fathers, and the scholastics. His sermons, however, are not lacking in amusing little stories. One of these was quoted by Frère Jean in his merry conversations with the great Panurge, as told by Rabelais in his *Pantagruel*. It is from Raulin's third sermon on "Widowhood," and is about the bells of Varennes. A widow came to see her curé, asking him if she should marry her servant, who seemed clever at her late husband's trade. "Marry him," said the curé. "But," replied the widow, "I am afraid that my servant may become my master." "Don't marry him then." "On the other hand, my affairs require the presence of a man." "Then marry one." "But he might ruin me, if he turns out badly." "Well, then, don't marry him." In order to escape the importunities of the woman, the curé, knowing that she had made up her mind anyway, advised her to listen to the bells of her church and act accordingly. The bells tolled, and the widow heard, "Marry your servant, marry your servant," so she married him. Some time later she went back to the curé and complained of having followed his counsel: "Formerly I was mistress, and now I am a servant." "That is because you misunderstood the bells," the churchman answered, "listen to them more carefully." The bells again tolled, and this time the poor woman, whose head was clear by now, heard distinctly: "Don't marry him, don't marry him."

The present tract was reprinted in 1520 as an appendix to Raulin's *Letters*. His *Sermones Quadragesimales* appeared in 1523, and his *Sermones de Festivitatibus* in 1524.

Bought in June 1937, from the Whitney Fund.

adducit̃ ad oñdendū dualitatē ĩ principijs ꝓductiuis nõ
poſſe reduci ad vnitatē. nã principiare nccio ⁊ pꝛĩcipia-
re ꝯtingēt̃ ſunt oppoſiti modi principiãdi ⁊ diuerſi. ⁊ tñ
hec dualitas reducit̃ ad vnitatē. ⁊ ꝯcedo ꝙ illud vnū hʒ
determiate alteꝝ iſtoꝝ duoꝝ moꝝ. illū. ſ. q eſt pfectioꝛ ⁊
prioꝛ. Ita diceret̃ in ꝓpoſito. ꝙ ad principiū qd̓ ē natura
qa illud ē prius in rõne principiãdi reducit̃ volūtas licʒ
hẽat oppoſitū modū principiãdi. Quarto vñ ꝓbat̃ illa
ꝓpoſitio q̃ dic̃. ꝙ ſtante vno actu adeq̃to potẽtie. ipa nõ
pt ſil̓ hr̃e aliū. ſi intelligat adequatū ſm exteſionez petit̃
principiū. ſi ſm intentõz videt̃ falſuʒ. nã lʒ viſio ðbi ade
quet̃ potẽtie intellectiue aĩe xpi. tñ pt noſcē eē actu elici-
to aliud intelligibile a ſe. pʒ eē ꝙ de⁹ nouit ſe noticia ad-
eq̃ta intellectui ſuo ſm intẽtõʒ. ⁊ tñ nouit alia a ſe. ſi igr̃
ita eſt de actu adeq̃to potẽtie opatiue ꝙ ꝯpatit̃ aliū. mul
tomagis videt̃ de potẽtia ꝓductiua. qꝛ ei⁹ ꝓductū vel ꝓ-
ductio ñ eſt ĩ potẽtia ꝓductiua. ſic opatio eſt ĩ potẽtia o-
peratiua. Quinto ſic. principiū ñ eſt pꝛĩcipiū inq̃tū pn
cipiatū iam intelligit̃ poſitū ĩ eē. ꝟ inq̃tū eſt pri⁹ princi-
piato. vt aũt ē pus principiato ñ aliť ſe hʒ p ꝟ ꝙ pꝛĩcipia
tū ponit̃ in eē. ḡ ſi iſto ñ poſito poſſet eſſe principiū alti⁹
pari rõne videt̃ ꝙ iſto poſito ſil̓ pt eſſe pꝛĩcipiū alteri⁹. qꝛ
iſto poſito pꝛĩcipiū inq̃tuʒ principiū ꝟ eſt inq̃tū pri⁹ pn
cipiato. nullo mõ aliť ſe hʒ. Soło iſtaꝝ duaꝝ rõnū vl
timaꝝ ⁊ declaratõ rõnis illius ꝯ quã fiūt ⁊ ꝓbatõ ꝯcluſi
onis ad quã illa rõ adducit̃. videlʒ ꝙ ſunt tm̃ due ꝓdu-
ctões. dimittãt̃ vſq̃ ad di. vij. q. illa. an poſſent eē plu
res filij in diuis. Ad primū rñdeo ꝙ ꝟ totuʒ intellect⁹
obiectū actu intelligibile ſibi pñs. hʒ rõnē memorie
ĩ actu pmo. q. ſ. ē imediatū principiū actus ſecũdi

uſdeʒ principij ꝯis ad q̃i ꝓductu ⁊ vere ꝓductu. Et ſic
ad illud ſecũdi de aĩa de diſtinctõe potẽtiaꝝ p actus põt
dici. ꝙ q̃i ꝓducere ⁊ ꝓducere ſunt actus eiuſdē rõis. ſi ei
illud qd̓ ñ ꝓducit̃ ꝟ q̃i ꝓducit̃. eſſet realiť diſtinctū a ꝓ-
ducẽnte. eſſet vere ꝓductū. igit̃ ꝙ modo ſine ꝓductõe in-
ſit tñ ðtute principij qd̓ eſſet ꝓductiuū eius ſi poſſʒ diſti-
gui ⁊ ꝓ tanto dicat̃ q̃i ꝓductū. ñ variat formalr̓ actum
ab illo q̃ ꝓduceret̃ ſi eēt producibile. Alia rñſio eēt de i-
tellectu agente ⁊ poſſibili. ſed mõ trãſeo qꝛ ñ dixi adhuc
cui intellectui ꝯuenit ꝓducere noticiã vt pꝛĩcipio pꝛiali.
ꝟ dicet̃. ĩ. ꝟ nũc de intellectu indiſtincte locut⁹ ſuʒ. Ad
terciū dico ꝙ qñ duo principia hñt modos oppoſitos pꝛĩ
cipiãdi. q̃ꝝ neut̃ importat aliquã imꝑfectõʒ. neut̃ reduci
tur ad alteꝝ vt ad prius nat̃a. lʒ poſſet ibi eē aliq̃ priori-
tas q̃i originis: nũc aũt neutꝝ iſtoꝝ pꝛĩcipioꝝ icludit a-
liquã impfectõʒ ñ magis inq̃tū ꝓductiuū q̃ inq̃tū opa
tiuū. nec ḡ vnū ad alteꝝ reducet̃ vt ad prius natura. nec
ambo ad terciū ꝓpter idē. qꝛ neutꝝ ē impfectū. ⁊ eē qꝛ il-
lud terciū eēt pꝛĩcipiū ſm rõeʒ alteri⁹ iſtoꝝ. qꝛ int̃ iſta ñ
eſt mediū ĩ principiãdo. ⁊ ita ſi ambo reducerent̃ ad ter-
ciū vnū reduceret̃ ad aliud. ⁊ idē ad ſeipm. Cõtra iſta
inſtat̃. ⁊ pmo ſic. itelligẽtia ē in patre ſub ꝓpria rõe intel-
ligẽtie. ⁊ ꝓpria pfectio intelligẽtie vt itelligẽtia ē verbū. ḡ
ðbū eſt intelligẽtia pr̃is vt pr̃is ē. qd̓ eſt negatū. Pre-
terea. Aug⁹. xv. de tri. c. xv. verbū eſt viſio de viſiõe. ḡ a-
ctualis noticia ē rõ gignẽdi verbū. Preterea. ñ videt̃
drñtia iter memoriã ⁊ intelligẽtiã ĩ pr̃e. ḡ ñ videt̃ aliud
eē ĩprobare pr̃eʒ vt intelligẽtiã eſſe principiū ðbi ⁊ pr̃
vt memoriã. idē igit̃ approbas ⁊ improbas. Qu
ſtantia ē quare pꝛ iſto actu ꝓducit noticiã geni-